experta fide faciet sceptrum rectorum sub
tuo regimine superbo argento et vera
arte confectum. Alia postmodum que arte mag-
nifice gesta fuere tua cuncta decantandi tedi-
um desinam enarrare. Sed solum principio-
rum tuorum laurea corona donaberis.
Ego itaque vigore presentis auctoritatis michi
concessa per reverendissimum in christo patrem et
dominum dominum N. divina concessione propitie
episcopum et comitem et meum florentissimi
studii cancellarium dignissimum te [illegible]
optimo in medicinali scientia licito cathedram
magistralem ascendendi legendi glosandi di-
sputandi ceteros actus doctorales hic
et ubique tibi licebit exercendi. De quibus
omnibus dico vel publicum notarium
unum vel plura si oportuit instrumenta conficere
ad laudem summi dei altissimi. Amen etc.

Epistola de amicitia exortanda
inter eos quos idem tulit
tellus valida in se continens

Quietem calamum statueram nullisque aplis
litteris tuam expergiscere amiciciam proposueram.
ti adcrescimentum novum scribendi labore
accrescens assiduo me impulit dilectio
ne que vivida est apud te mortificata
videatur et tua qua perfecto est visitet
caritate. Cum quidem propinquam obtestificatio
liberis videlicet ipse si non me laborem
in cassum accipe putaret, cum videre te
aut nullo aut remissio amore gradu